

Heinrich Müller Conradus Bergk von

Breviarium Exinanitionis Jesu Christi

Rostochii: Kilius, 1673

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740866079>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 29. März 1673

Müller, Henr./a

543
BREVARIUM EXI-
NANITIONIS JE-
SU CHRISTI, 10
11.

Philipp. II. 5. 6. 7. 8.

Quod
In nomine JESU patientis
Consentiente Ampl. Facultate Theologica
in almâ Rosarum

Sub præsidio
VIRI Maximè Reverendi, Amplissimi &
Excellentissimi

DN. HENRICI MÜLLERI,
S.S. Theol. D. & Professoris Ordinarii, Collegii Theol.

Senioris & h. t. Spectabilis DECANI, Eccles.

Rostoch. Superintendentis,

Domini Præceptoris ac Fautoris ætatem suspiciendi,
Ventilandum publicè proponet

M. CONRADUS von Bergf/
Rostochiensis.

A. & R.

In Auditorio Majori d: 29 Martij.



ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILII, Univers. Typogr. Anno 1673.

1673

BREVIARIJUM EX
NANTIONIS E
a CHRIStI

Qnoq

je domine IESU basileus

Consecutioe Ambi Ecclesiasticoe

in aliis Regionis

sep. pietatis

MI. Vesperis Ratione. Antiphona

Exortatio

DN. HENRICI MULIERI.

St. Theod. & Proculus. Ignatii Collatio. Tempor.

Underholt

DECVN. Ecclie

Senior. & p. e. d.

W. B. B.

Roller.

W. B. B.

Domini Precepit ac per suos testes in publice

Augustinianum duplice. loquenter

W. CONRADUS a. G. G. G.


Roller. p. e. d.

A. & R.

In Veneratio M. s. M. s. M.

ROSTOCHII

T. his IOHANNIS KUL. Duxit. Apud. And. 1474.



(o)

IN NOMINE JESU.

Breviarium Exinanitionis Christi, non tām activē quām passivē consideratæ, exhibituro mihi sex imprimis occurront capita, nimirum, Exinanitionis Subjectum, objectum, modus, scopus, status, aetates.

THEISIS I.

SUBJECTUM Exinanitionis in genere est JESUS-CHRISTUS, in specie *subjectum quod est persona*, non *incarnanda* sed *incarnata*. Nam I. illi propriè competit nomen JESU CHRISTI, incarnans dæ non nisi per anticipationem, quam hic admittere nulla nos cogit necessitas. II. illa est exaltata. At quod *subjectum est exaltatum idem est exinanitum*. *Subjectum quo est natura, non divina sed humana*. Nam secundūm illam naturam exinanitus est, secundūm quam I. ipsi competit ὑπαρξία in forma DEI cum mutatione conjuncta, realis κέισις, assumptio servilis conditionis, ὁμοίωμα, σχῆμα, ταπείνωσις & obedientia

A 2

ad

ad mortem, quæ divinæ naturæ, ut immutabili & invariabili, tribui non possunt. 2. Exaltatus est, quod factum secundum humanam naturam. Divina enim non potest in tempore superexaltari & charisma accipere, cùm ab æterno omnia jam habeat.

Aphorismus

I.

Totus CHRISTUS exinanitus est, at non secundum totum sui.

II.

Sola humanitas exinanita, non tamen exinanitus est solus homo.

THESIS. II.

Phil: II. v. 6. **OBJECTUM, sive id quo se se exinanivit CHRISTUS** est FORMA DEI, quæ I. non notat ipsam DEI essentiam & naturam, uti ex Patribus visum pol: evnom. Basilio, Hilario, Leoni, Augustino, Damasceno, a. I. X. de Trin: liisvè. Hæc enim vocis μορφὴ usuratio in sacris Epist: ad insolens. Et verò forma DEI opponitur forma servi, Flav: per quam non natura sed conditio servilis indigatur. Nec 2. DEUM in concreto. Expressè enim distingvit Paulus inter formam DEI & eum, qui est in forma DEI. Quin & DEUS à carne nunquam absuit, cùm tamen Forma DEI suo modo fuerit deposita. Ut taceam, formam DEI non posse dici sumus sibi formam servi, quod de DEO verè dici potest.

Sed

Sed 3. proprietatem divinam, & quidem operosam ac
gloriosè ad extrà sese exserentem, in quantum natura bu-
mana communicata est. Egregiè Lutherus: Gestalt in Postil:
Gottes heisset daher / daß sich einer stellet als ein Eccles: ad
Gott / und auch also gebärdet / oder sich der Dom:
Gottheit animt und unterwindet / welches ge-
schicht nicht heimlich bey sich allein / sondern ge-
gen ander / die dergleichen Gebärde oder Gestalt
gewar werden. Darumbkünfe man es nicht deuts-
licher reden / dann auff die Weise / der gebärdet
göttlich / oder stellet sich als ein Gott / wann
er sich beweiset / und also redet und thut / das Gott
zugehöret / oder wol anstehet.

Aphorismus

I.

*Forma DEI, utut ab essentia DEI separari
non possit, formaliter tamen eam non si-
gnificat.*

II.

*Forma DEI hic non intelligenda est absolute,
prout omnibus tribus Deitatis personis
communis est, sed restrictè ad secundam
personam, & quidem, non quà divinæ na-
turæ competit per essentiam, sed huma-
næ per communicationem.*

A 3

THESES

THESIS III.

Phil. II. v.
bs 7.300
mod
mala

MODUS sive *forma* exinanitionis est *exevacatio* sive *EVACUATIO*, quæ non consistit propriè 1. in *eterno voluntatis decreto*, ex *amore profecto*, *carnem nostram assumendi*. Nec enim hinc vera infertur *exinanitionis*, nec facta in tempore, nec per exaltationem sublata est. Non 2. in *incarnatione*. Hæc enim non infert realem exinanitionem, quia *homo* assumptione humanitatis in *DEUM* non est aliquâ re mutatus. Et verò incarnationis subjectum est *homo* simplex, exinanitionis verò persona incarnata. Quin insuper, si per incarnationem primum intelligamus assumptionis momentum, statim illud transiit; At exinanitione, de qua nobis sermo, à nativitate duravit usque ad denati *hominem*. Si autem per incarnationem intelligamus statum *CHRISTI* incarnati, adhuc durabit ista incarnationis exinanitione, cùm tamen hæc, de qua nos loquimur, per subsequentem exaltationem jam sublata sit. Nec 3. in *totale ablatione* & *cedevit* *forma* *divina*, prout delirant Photiniani. Nam, ut recte Theophylactus: *CHRISTUS in sua exinanitione non deposituit, sed retinuit suam altitudinem, formam & naturam DEI*. Indè Hieronymus, in explicatione Symboli ad Damasum, humanam naturam exinanitam, i. e. formam *DEI* in illa abolitam esse negat. Nec 4. in *omnimoda abdicatione exercitii* sive *usurpationis* *communicatae formæ DEI*. Exseruit enim eam quando & ubi visum fuit, in media etiam exinanitione, quin morte in ipsâ. Sed 5. in *vera realique, spontanea tamen atque temporaria, evacuatione seu abdicatione exercitii plenarii atque universalis*. Quod Apostolo

Apostolo privative est, non duxisse rapinam ~~enim~~ iacet
Θεῷ, seu non usurpasse omnem majestatem DEI; positive, adsumisse formam servi, à qua formâ servi seu con-
ditione servili in locis parallelis ita describitur, ut, quod fuerit *vermis & non homo*, quod *desertus* fue- Ps. XXII,
rit à DEO, quod *in pulverem mortis abjectus* sit &c. 7. v. 2. v. 15.

Aphorismus

I.

*Patres quando incarnationem θεού humiliatio-
nem θεού vocant, abusivè loquantur.*

II.

*Quies θεού in carne non infert realem divine na-
ture in CHRISTO exinanitionem. Ne-
que enim quotiens majestas θεού per carnem
fuit exserta, totiens exaltatus, aut totiens quo-
ad divinam suam naturam exinanitus est
CHRISTUS, quoties illa fuit suspensa.*

THEISIS IV.

*SCOPUS sive finis exinanitionis est OBEDI- phil. II,
ENTIA USQUE AD MORTEM CRUCIS, v. 8.
seu passio vicaria & mediatoria. Neque enim pati
morivè potuisset, si communicatâ sibi majestate ple-
nè, semper, ac ubique usus fuisset,*

Apho-

Aphorismus

I.

A&: XX. *Tam verè proprieque DEUS passus est, quam
v. 28. verè proprium DEI passum est.*

II.

*In hac veterum locutione: Divinitas est passa,
abstractum pro concreto accipi debet. Quod
si quis dicat, in passione crucis dolorem
sustinuisse DEI filium divinitate & non
carne & animâ rationali, quam assumit
in forma servi, ut dixit sacra scriptura,
anathema sit! habet Professio fidei Catholi-
ca, quam ad Paulinum misit Damasus.*

I. IX. Hist.
trip: c. 6.

III.

*Approbandum omnibus modis istud Fausti, Rhe-
giensis in Gallia Episcopi, ad Lucidum Pres-
byterum, Prædestinatorum erroribus impli-
catum, ab undecim magni nominis Episcopis
in Arelatensi olim approbatum. Concilio:
Anathema illi, qui dixerit, quod CHRISTUS
non pro omnibus mortuus fit,
nec omnes salvos esse velit! Vult enim
DEUS, quantum in se, CHRISTI mor-
tem actu omnibus ac singulis hominibus pro-
desse,*

desse, nec alia intentione CHRISTUS perfectum pro singulis redemptionis premium persoluit.

IV.

Ut ut ex consilio & decreto DEI non unâ sanguinis CHRISTI guttâ, sed morte ipsâ ad satisfactionem pro peccatis generis humani opus fuerit, adeoque, in certamine præprimus cum Socinianis, hæc veterum locutione: Unicâ sanguinis guttulâ à Filio DEI profusa totus Mundus DEO potuit reconciliari, abstinentem censeamus, sine tamen illa periculo adhiberi potest, quando cum iis negotium nobis est, qui in gravissimis temptationibus tantum non succumbunt. Si enim infinitatem personæ, quæ pro nobis passa est, & abs quâ passionis valor omnis dependet, speremus, inficiari minimè possumus, hac ratione quamvis dominici sanguinis guttulam infinitæ fuisse virtutis, & ad reconciliandum DEO totum mundum ratione sui sufficiemus.

THESES V.

STATUS exinanitionis duravit AB AS: Phil: II,
SUMTA in nativitate FORMA SERVI usque v. 6.

B

ad

ad DEPOSITAM in morte crucis. Totam enim CHRISTI obedientiam in formam servili ad mortem usque huic statui Paulus adsignat.

Aphorismus

I.

Exseruit sese exinanitio CHRISTI statim in ingressu, magis in progressu, maximè in egressu vite. Vel, exinaniri cœpit CHRISTUS dum natus, desit dum de- natus est.

II.

Pasio, si principaliter, non generaliter accipi- tur, non absolvit statum exinanitionis CHRISTI.

THESIS VI.

Phil: II,
v. 7. 8.

ACTUS sive gradus exinanitionis à variis recen- sentur varii: Ab Apostolo Paulo huc referuntur 1. adsumtio formæ servilis, 2. existentia in similitudine hominum 3. Schema veluti humanum. 4. humilia- tio, quā non solum se ut aliis, sed infrā etiam alios demisit. 5. obedientia ad mortem usque crucis. Primus nativitas est, imus mors, cum & antecedente passione & consequente sepultura juncta.

Apho-

Aphorismus

I.

*Non quia formam servi adsumsit CHRISTUS,
ideo factus est mancipium, uti visum fuit
non veteribus tantum Arianis apud The-
phylactum, sed & Ostorodo sic scribenti: In Joh:
Knecht heift hier nicht so viel als ein Die- XIV, v. 31.
ner / sondern als ein mancipium, das ist/ cap: XIX.
leibeigener Knecht / oder Schläve. So
wird auch diß Wort in Heiliger Schrifft
fast nicht anders genommen / wie auch das
griechische Wort δελτ, welches durch das
Wort Knecht im Teutschen gegeben ist.
Nam quī potest ille dici mancipium, qui non
a nobis emtus est, sed nos emit. 1. Petr. I,
v. 19. qui & in exinanitione fuit Dominus
noster 1. Cor. II, v. 8. Falsissimum certè est
δελτ in sacris semper designare mancipium.
Pracones verbi divini dicuntur δελτ Col. I,
v. 23. ergone mancipia? conf. Matth. XX,
v. 17. Col. IV, v. 7.*

II.

*Θρονομα ἀνθρώπων uti cum Manicheis in conciliis
Niceno, Ephesino, Chalcedonensi, Constan-
tinopolitano, Lateranensi, Florentino &
B 2 Tole-*

Toletano damnatis, non opponimus rei veritati, sic ut nudam denotet apparentiam; ita contra Scholasticos, Jesuitas, nonnullosq; Calvinianos accidentales qualitates, non verò ipsam naturam humanam designare statuimus.

III.

Sententia quæ Schema, quo CHRISTUS exinanitus inventus est ut homo, ad externam ejus refert conversationem, mores, gestus &c. uti vulgaris, sic & fidei est analoga & scopo Apostoli accommodata.

IV.

Obedientia à CHRISTO exinanito in carne Patri ad mortem usque crucis præstita, utùt necessitatem inferat præcepti, non tamen tollit voluntariam ejus passionem, ut prolixius demonstrat Thomas.

EPIMETRA.

I.

Conceptus est in microcosmo qui non capiebatur à macrocosmo.

II.

II.

*Natus est in seculo a matre qui eis ante secula
natus est a Patre.*

III.

*Qui dederat legem se subdidit legi ut nos legi
subditos redimeret.*

IV.

*Cui quivis quævis bona accepta ferunt, ei quidam
quædam dona ritè obtulerunt.*

V.

*Salvatus olim est salvator omnium operâ ho-
minum.*

VI.

*Parentibus subfuit qui imperantibus præfuit,
eis filius eis Dominus Mariae.*

VII.

*Baptizatus est Dominus a Diacono, non quia
debuit, sed quia voluit.*

VIII.

*Tentatus creator a creatura eis tentat suos eis
non tentat.*

B 3

IX.

IX.

Robur omnium lassitudinem sensit, nec tamen
desit esse lassorum robur.

X.

Dominus angelorum minor factus est angelis,
Et tamen mansit angelorum Dominus.

XI.

Passus est ab omnibus qui passus est pro o-
mnibus.

XII.

Pater æternitatis æternam subiit mortem non
tamen accidentaliter sed essentialiter con-
sideratam, non quæ extensionem temporis,
sed quæ intensionem doloris.

XIII.

Qui peccatum factus pro nobis omnes peccato-
rum poenas sustinuit quoad formale, non
tamen omnes sustinuit quoad materiale
suum.

XIV.

Corpus tempore passionis demortuum uti caruit
vita naturali, ita non caruit vita personali,
quam ex immanentia Aegy possedit.

XV.

XV.

*In quo dissoluta fuit anima & corporis natura-
lis, in eo indissoluta mansit divinitatis &
humanitatis unio personalis.*

XVI.

*Quid obstat, quo minus dicamus media in morte
carnis carnem CHRISTI vitam vixisse vere
divinam?*

XVII.

*Quamvis in foveam corruptionis mittebatur
corpus CHRISTI, nulli tamen id erat cor-
ruptioni obnoxium, & quia aberat cau-
sa corrumpens, peccatum, & quia aderat
causa conservans, vita nimirum filii DEI
carni realiter communicata.*

XVIII.

*Cecidit quidem in morte corpus CHRISTI, ne-
que tamen propterea factum est cadaver.*

S. D. G.

Ad

Ad

Peregrinum

Dn. M. CONRADUM hon Bergf/
Amicum singulariter
dilectum,

D E Tibi primitis grator, perdocte Ma-
gister,

Haud deerit *messis* tempore larga
suo.

Ex animi ominatus sententia
LMQ. scr.

P R A E S E S.



BA

XV.

In quo dissoluta fuit anima & corporis, in eo indissoluta mansit divinitatis unio personalis.

XVI.

Quid obstat, quo minus dicamus media carnis carnem CHRISTI vitam divinam?

XVII.

Quamvis in foveam corruptionis corpus CHRISTI, nulli tamen ieruptioni obnoxium, & quia a sa corrumpens, peccatum, & a causa conservans, vita nimis carnis realiter communicata.

XVIII.

Cecidit quidem in morte corpus CHR. que tamen propterea factum est ca

S. D. G.

